



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Episcopo Narniensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

## 794 Epistolarum Innocentij III.

imperatas ipsum indebita molestatione fatigat. Quocirca fraternitati tua per apostolica scripta mandamus quatenus, inquisita & cognita veritate, non permittas eundem super hoc indebita molestari. Tu denique, frater Archiepiscopi, super te ipso &c. Datum Signia Nonis Augusti, pontificatus nostri anno sextodecimo.

### GEBENNENSI ELECTO.

Epiſt. 93.  
De voto redi-  
dendo.

**P**er tuas nobis litteras intimasti quod cū in Gratianopolitana Ecclesia suscipiendo habitum regularē vōtū ſolemnit̄ emiſſes, & postmodum promiſſes in manib⁹ Episcopi ejusdem Ecclesie te infra duos menes poſtquam ab apostolica ſede rediſſes, ad quam eo tempore accedebas, vōtū quod emiſſas impleturum, ac termino ipſo tranſacto non curaſſes quod voveras adimplere, tandem exiſtens in voti transgressione hujusmodi, vocatus fuisti ad regimen Ecclesie Gebennensis. Super quo à nobis tuā ſaluti poſtuſas provideri. Nos igitur diſcretiōnē tuā breviter respondendo conſulimus quatenus ſit uam omnino ſanare diſideras conſciētiā, regimen resignes Ecclesie memoratae, ac reddas altissimo vota tua; in hoc tibi gratiam facientes, quod si Capitulum ejusdem Gebennensis Ecclesie te poſtmodum canonice duxerit eligendum, concedimus ut electionem recipias taliter de te factam. Datum Signia vi Idū Auguſti, pontificatus nostri anno ſextodecimo.

### EPISCOPO NARNIENS.

Epiſt. 94.  
Non valere  
ſententias latas  
à iudicibus ex-  
communicatis.  
Pide inſi à epif.  
115.

**C**um excommunicatis communicari non debeat, & personam in iudicio ſtandi non habeant iij qui vinculo ſunt excommunicationis aſtriſti, fraternitati tua per apostolica scripta mandamus quatenus conſtitutiones & ſententias Narnienſium iudicū, quos ſententia excommunicationis involuit, auctoritate noſtra decernas irritas & inaneſ. Tu denique, frater Episcope, ſuper te ipſo &c. Datum Signia Non. Auguſti, pontificatus nostri anno ſextodecimo.

### POTESTATI ET POPVLO Viterbiensibus.

Epiſt. 95.  
Confirmat eis  
quandam im-  
munitatem.

**M**emores devotionis & fidei quam erga personam noſtrā & Eccleſiam Romanam habetis, mandatum quod dilectus filius Stephanus baſilicæ duodecim Apostolorum Presbyter Cardinalis Camerarius noſter ſuper immunitate vendendi & emendi apud Cornetum pro vobis edidit,

quatenus res hujusmodi ad nos ſpectat, ratum habemus & gratum; ita quod cū ad nos totaliter pertinere claruerit, immunitate ipſa totaliter gaudetis. Quid ſi forte in alio na parte ad Cornetanos pertinet, quia iudicem omni modis contradicunt, iuſtiā oferentes, ne alienum iuſtē concedere videamur, exhiberi vobis exinde faciemus quod ordo dictaverit rationis. Tales igitur vos exhibere curetis quod diuinam & apostolicam gratiam ulterius remanimi, dilecto filio nobili viro Iacobo confobrino & Mareſcalco noſtro, Rectori patrimonij beati Petri in Tuscia, efficaciter intendendo in iis quae ad honorem & profectum Ecclesie Romanae pertinere noscuntur; ſcientes pro certo quod multa per gratiam, per violentiam vero nihil apud nos poteritis obtinere. Datum Signia xi Kal. Septembris, pontificatus nostri anno ſextodecimo.

**ARCHIPRESBYTERO ET  
Clericis Ecclesie sancte Cacilie  
Tranſyberinæ.**

**C**oram dilecto filio noſtro Petro ſan-  
cte Marie in Aquiro Diacono Car-  
dinale, quem Romano Barunci & P. yco-  
nomo Ecclesie veſtræ conſeffimus audito-  
rem, idem Romanus ab ipſo yconomō  
petit trīginta tres libras ex nonaginta  
quinque libris quas ſibi dudum ad certum  
terminum ſolvere promiſſis; qua videlicet  
nonaginta quinque librae à vobis debe-  
bantur eidem pro locatione quārundam  
poſſeſſionum ab ipſo Ecclesie veſtræ facta.  
Yconomus vero proposuit ex adverſo  
quod cū dictus Romanus quoddam te-  
nimentum terrarum pro trecentis trīginta  
libris Proveniensium Ecclesie veſtræ in  
perpetuum locaſiſet, centum quadrage-  
ta quinque libras ipſi Romano & trīginta  
octo Petro Monaldi, cui quandam pedi-  
cam terra de ipſo tenimento prædictus R.  
obligaverat, perſolviftis; quibus etiam  
idem R. in instrumento locationis manda-  
vit ut Iohanni Oddonis decem & septem  
& Iohanni Leonis trīginta quinque libras  
Proveniensium ſolveretis, quibus tenimen-  
tum reliquum obligaverat. Præterea no-  
naginta quinque libras prædicto R. uisque  
ad duos annos & duos menses ſolvere pro-  
miſſis per publicum instrumentum, ab  
ipſo eodem tempore obligatione recepta  
quod totum tenimentum quod vobis  
& Ecclesie veſtræ locaverat, uisque ad  
duos annos recolligeret & ſcaloniaret, ac  
deliberaret à Iohanne Leonis & Iohanne

Epiſt. 96.  
Eos abſoluit  
petiſſione qua-  
dam pecunia-  
ria.